



This is a digital copy of a book that was preserved for generations on library shelves before it was carefully scanned by Google as part of a project to make the world's books discoverable online.

It has survived long enough for the copyright to expire and the book to enter the public domain. A public domain book is one that was never subject to copyright or whose legal copyright term has expired. Whether a book is in the public domain may vary country to country. Public domain books are our gateways to the past, representing a wealth of history, culture and knowledge that's often difficult to discover.

Marks, notations and other marginalia present in the original volume will appear in this file - a reminder of this book's long journey from the publisher to a library and finally to you.

Usage guidelines

Google is proud to partner with libraries to digitize public domain materials and make them widely accessible. Public domain books belong to the public and we are merely their custodians. Nevertheless, this work is expensive, so in order to keep providing this resource, we have taken steps to prevent abuse by commercial parties, including placing technical restrictions on automated querying.

We also ask that you:

- + *Make non-commercial use of the files* We designed Google Book Search for use by individuals, and we request that you use these files for personal, non-commercial purposes.
- + *Refrain from automated querying* Do not send automated queries of any sort to Google's system: If you are conducting research on machine translation, optical character recognition or other areas where access to a large amount of text is helpful, please contact us. We encourage the use of public domain materials for these purposes and may be able to help.
- + *Maintain attribution* The Google "watermark" you see on each file is essential for informing people about this project and helping them find additional materials through Google Book Search. Please do not remove it.
- + *Keep it legal* Whatever your use, remember that you are responsible for ensuring that what you are doing is legal. Do not assume that just because we believe a book is in the public domain for users in the United States, that the work is also in the public domain for users in other countries. Whether a book is still in copyright varies from country to country, and we can't offer guidance on whether any specific use of any specific book is allowed. Please do not assume that a book's appearance in Google Book Search means it can be used in any manner anywhere in the world. Copyright infringement liability can be quite severe.

About Google Book Search

Google's mission is to organize the world's information and to make it universally accessible and useful. Google Book Search helps readers discover the world's books while helping authors and publishers reach new audiences. You can search through the full text of this book on the web at <http://books.google.com/>


Gh 58.93.5

Harvard College Library

FROM

Buy exchange





Boyer
©

9.

Gl 58.93.5
~~1223 to 14~~

DE LIBRO ΠΕΡΙ ΦΥΣΙΟΣ ΑΝΘΡΩΠΟΥ
PSEUDIPPOCRATEO.

DISSERTATIO INAUGURALIS

QUAM

AMPLISSIMI PHILOSOPHORUM ORDINIS

CONSENSU ET AUCTORITATE

IN

ACADEMIA GEORGIA AUGUSTA

AD

SUMMOS IN PHILOSOPHIA HONORES

RITE CAPESSENDOS


SCRIPSIT

CAROLUS FREDRICH

SEDINENSIS.

GOTTINGAE.

MDCXCIV.




By exchange.

De dissertatione probanda ad ordinem rettulit
U. de Wilamowitz-Moellendorff.
Examen rigorosum habitum est die IX. mens. Febr.
a. h. s. XCIV.

CAROLO DILTHEY

S.



Libris hippocrateis diu caligine obrutis quae aliquantum lucis attulerunt his temporibus aut quae afferant idonea videntur, tria sunt: dissertationem dico Ilbergi (*Studia pseudippocr.* Leipzig 1883), cum sagaciter et totum perlustraverit corpus et singulos tractaverit libellos, Gomperzi quod inscribitur opus: *die Apologie der Heilkunst* (Wien 1890), cuius in commentario — nam de Protagora non sine causa tacere malo — de dialecto praecepta dantur non contemnenda neque minus diligenter singulis de rebus agitur, papyrum denique Londinensem, quae ad veterem artis medicae historiam quantum valeat a Dielsio, acri editore et ingenioso, cognitum perbene est et pronuntiatum (cf. *Hermes* 1893). Sed ad libros hippocrateos aestimandos quantam illa auctoritatem habeat, quod idem vir doctissimus levius attigit aut fere neglexit, ea de causa ut eum vituperem, longe absum. Nam praeterquam quod scripta hippocratica papyri ope illustrare neque exigui laboris neque fortasse unius hominis est, scripta ipsa studio antea quam maximo indigent. Quis enim est, qui nesciat editiones Littrei et Ermerinsi minime sufficere, qui ignoret viros doctos — paucis exceptis — usque ad hunc diem scripta hippocr. parvi aestimare ita, ut unum ex eis aut alterum locum afferant, ea, qua par est, diligentia in eis versari supersedeant. At tamen libri et digni sunt, quibus studeamus, et apti, qui de se bene meritum amplissimis praemiis afficiant. Operae igitur pretium duxi, de plerisque libris summatim, accuratissime autem de nonnullis quaestiones ad summos in philosophia honores capessendos

•

scribere. Quae omnia alio tempore alioque loco prodibunt in publicum; nunc ut unum solum caput dissertationis rite probatae ederem, amplissimus philosophorum ordo permisit.

Scripta quae Hippocratis, medici clarissimi, nomine insignita nobis sunt servata, inter se et genere dicendi et doctrina quam maxime differre constat (cf. Ilbergum l. c. p. 7 sq.) notumque est eadem tam diversae aetatis esse, ut plus unius saeculi spatio vetustissimae a partibus disiungantur recentissimis. Neque minus vero, id quod quamvis apertum omnino fere omittitur, distant ortu compositione, facie forma. Quot orationis pedestris generum illis temporibus exstabant, tot fere in corpore hippocrateo investigare licet. Invenias igitur libros orationes *ὑπομνήματα*¹⁾ compilationes, quorum rursus singulorum complures cognosci possunt species. Librorum enim sunt alii medicis alii vulgo destinati alii utrique; orationes multo melius nominantur *ἐπιδείξεις*. Et haec quidem genera et arte dicendi quam maxime discrepant et sapientia, quae elucet, doctrinaque: haec sunt sophistarum vel potius iatrosophistarum, illa hominum vere medicorum. *ὑπομνήματα* porro, quae partem tertiam explent, in usum paulatim composita varias res continent memoria dignas, sive observationibus propriis debentur sive alienis operibus. Compilationum denique numerus non ita parvus invenitur. Atque has quidem formas ne contempnas, cave; in eis vetustissimae artis medicae reliquiae nobis supersunt.

Rem revera ita sese habere et Menon docet et corpus hippocrateum²⁾. Saeculo quinto et quarto ineunte permulti scribebantur libri medici; quorum maior pars, quae et medicis solis composita neque sententiis sapientibus aut verbis ornata esset, interiit; cuius quae servata sunt, et libri sunt pauci et fragmenta in compilationibus saeculi IV nobis tradita. Quod igitur Wilamowitzius (Hom. Unters. p. 379 sq.) Homerum et Hippocratem composuit, quam recte fecerit, apparet. Verum librorum qui elegantes erant quique sapientia pleni vulgo legebantur, non modo non perierunt sed veteres et meliores submovebant, ut Aristoteles et Menones eis deciperentur.

1) cf. Wil. Heracl. I, 120 sq.

2) Non pauca suppeditavit mihi Wilamowitzius.

ὑπομνημάτων vero monumentum fortasse pulcherrimum exstat scriptiuncula, quae inscribitur *περὶ φύσιος ἀνθρώπου*. De ea, quae prae multis aliis quaestione accurata et digna sit et indigeat, nunc verba faciam. Nam in ea, etsi saepius quam ceterae legebatur, quod hominis temperamentorum quattuor doctrinam continet, etsi semper magni aestimabatur, saepissime citabatur, tamen officio suo ante omnia philologos defuisse fatendum est. Exquirere enim, quo modo orta, quo composita esset, emendare, quae tradita sunt, verba — nam foede corrupta legitur — nemini venit in mentem¹⁾. Quod igitur vitium, quo quidem modo possim, corrigere coner.

Liber, qui *περὶ φύσιος ἀνθρώπου* inscribitur, a Littreo circumciscus est²⁾. Capita enim illa novem, quibus a prioribus seiunctis vir doctus nomen *περὶ διαίτης ὑγιεινῆς* indit, in codicibus cum illis artissime coniuncta sunt et eodem titulo praedita³⁾. Quae coniunctio quam recte soluta sit, postea examinandum est; satis est statuere una esse capita tradita. Et una cum ceteris Galenus quoque ultima legit, cum opus *π. φύσιος ἀνθρ.* totum commentario, quod exstat (Galen ed. Kühn XV), illustravit eiusque de doctrina et auctore quaesivit diligentissime. Atque studii illius etiam in commentarii dispositione signa sunt perspicua; neque enim ὑπόμνημα unum medicus confecit sed tria, cuius divisionis ipse in prooemiis rationem reddit.

E pluribus et diversis partibus compositum esse persuasit sibi opus totum (l. c. p. 10 *εὐδηλον οὖν ὅτι τὸ μὲν ὅλον βιβλίον ἐκ*

1) Sed cf. Phil. Unters. I p. 40 adn., ne severius iudicem.

2) cf. I, p. 349. Errorem tollere mihi liceat. Galeni quae l. c. affert verba (*π. τροφῆς δυνάμεως VI, 473 K*) ad libros *π. διαίτης α—δ* non ad libellum *π. φύσιος ἀνθρ.* pertinent.

3) cf. Littreus I, 511 sq. VI, 70. Quod in codice A *περὶ διαίτης* praescriptum est, id valet idem quod in c. XV *ὅτι εἶδη πυρετῶν εἰσιν δ* et in c. V (p. 78) *πῶς χρῆ ποιῆσθαι ἔμετον* et in omnibus codicibus titulorum numerus ingens.

πολλῶν διεσκευάσται καὶ σύγκειται); nihil enim nisi primos ducentos et quadraginta versus arte cohaerere (p. 9 τούτου τοῦ βιβλίου τὸ μὲν κατὰ τὸ ἔν γράμμα μέρος τὸ πρῶτον εἰς διακοσίους καὶ τεσσαράκοντα στίχους ἐξήκει); reliquam partem esse variam (τὸ δὲ ἀπὸ τοῦδε ποικίλον ἐστὶ). In illam igitur primam ὑπόμνημα *A* περὶ φύσιος ἀνθρ. componit, cum hanc rursus divisam partim in ὑπομνήματι *B* partim tractet in π. διαίτης ὑγιεινῆς. Ultima enim capita — quae accuratius describit p. 10 μετὰ ταῦτα ὑγιεινὴ διαίτα πρὸς ἰδιώτας γεγραμμένη. κἄπειτ' ἐφεξῆς ὅπως ἂν τις τοὺς παχυτάτους ἀνθρώπους λεπτύνειν ἢ τοὺς λεπτοτάτους σαρκώσειεν, οἷς ἔξενκται διδασκαλία περὶ ἐμέτων· εἶτά τις ὑπογραφή διὰ βραχέων διαίτης παιδίων καὶ μετὰ ταῦτα γυναικῶν, εἶτα τῶν γυμναζομένων — excepto in fine additamento (εἶτ' ἐπὶ τέλει πρόσκειται διὰ στίχων ὡς δέκα περὶ τῶν ἐγκεφάλου νόσων εἰκῆ καὶ ὡς ἔτυχε προσερριμμένων) unum fingere libellum de diaeta conscriptum (p. 108 ἐστὶ μικρὸν βιβλίον ἐν ᾧ περὶ τῆς τῶν ὑγιεινόντων διαίτης γέγραπται). Ea autem, quae inter π. φύσ. ἀνθρ. et π. διαίτης ὑγ. interiaceant, ab utroque aliena esse et ipsa sine ordine interposita (p. 108 νυνὶ δὲ τὰ προσκείμενα κακῶς αὐτῷ προχειριούμαι, συγκείμενα καὶ αὐτὰ μετὰ διασκευῆς cf. p. 174. τὸ μὲν γὰρ, inquit p. 10, πρῶτον αὐτοῦ μέρος διακρίνει τὰς σποραδικὰς ὀνομαζομένας νόσους ἀπὸ τῶν ἐπιδημιῶν γε καὶ λοιμωδῶν τὸ δὲ μετ' αὐτὸ ἀνατομὴν φλεβῶν διέρχεται· κἄπειτα περὶ νοσημάτων ἐστὶ ποικίλη διδασκαλία).

Tres ergo partes Galenus esse confitetur maiores: π. φύσιος ἀνθρ., π. διαίτης ὑγ. et ea, quae inter has inculcata sunt. Quae opinio a viris doctis adhuc nimis neglecta vera falsane sit diiudicare, ante omnia decet.

Vertit se primi — Littrei utor editione — capituli auctor in eos, qui προσωτέρω ἢ ὅσον αὐτῆς ἐς ἰητρικὴν ἀφήκει de hominis natura verba faciunt. Quorum similes esse medicos, qui ex uno elemento et nasci et constare corpus humanum velint (cap. 2). Utrosque igitur aggressus eorum, quae ipse veriora docere posse sibi videtur, in fine alterius capituli dispositionem dat accuratam: ἐγὼ μὲν γὰρ ἀποδείξω, ἃ ἂν φήσω τὸν ἀνθρώπον εἶναι, καὶ κατὰ [τὸν] νόμον καὶ κατὰ [τὴν] φύσιν, αἰεὶ τὰ αὐτὰ ὁμοῖα ἔόντα, καὶ νέου ἔοντος καὶ γέροντος, καὶ τῆς ὥρης ψυχρῆς ἐούσης καὶ θερμῆς,

καὶ τεκμήρια παρέξω καὶ ἀνάγκας ἀποφανῶ, δι' ἃς ἕκαστον αὖξεται τε καὶ φθίνει ἐν τῷ σώματι. Sed antequam doctrinam, ut prae se fert, suam nobiscum communicat, fundamentum eius in capite tertio sternit eo, quod hominis corpus ex uno nasci non posse sed complura oportere demonstrat elementa convenienter misceri. Unde profectus quattuor ex elementis corpus constitui vult, e sanguine, pituita, bile flava et atra (cap. 4). Haec enim semper eadem in corpore inesse (cap. 5—6; εἰπὼν δὲ (A εἶπον δὴ R(acentiores)) ἃ ἂν φήσω τὸν ἄνθρωπον εἶναι, ἀποφανεῖν ἅει τὰ αὐτὰ ἕόντα καὶ κατὰ νόμον καὶ κατὰ φύσιν, φημι δὴ (R δὲ A. Gal.) εἶναι αἷμα καὶ φλέγμα καὶ χολὴν ξανθὴν καὶ μέλαιναν et deinde p. 42, 12: καὶ ταῦτα ποιήσει σοι πάντα πᾶσαν ἡμέρην καὶ νύκτα καὶ χειμῶνος καὶ θέρους); sed modo hoc modo illud crescere aut minui (c. 7: αὖξεται δὲ τὸ μὲν φλέγμα), prout se invicem vincant. Ecce quae in dispositione auctor pollicitus est, praestitit suisque rationibus adstruxit; neque enim τεκμήρια desunt (p. 46, 9 τεκμήριον δὲ τούτου, ὅτι . . . ; p. 50, 10). Expectaveris libellum iam circumscribi, cum ex quibus elementis corpus humanum constet, satis explicatum sit. Sed sequitur caput octavum, in quo docetur morbos hieme crescentes aestate perire, aestate natos hieme; vere natos autumno, autumno crescentes vere:

8. ὀφείλει οὖν, τούτων ᾧδε ἔχόντων, ὅσα μὲν τῶν νοσημάτων χειμῶνος αὖξεται, θέρους φθίνειν (A λήγειν R), ὅσα δὲ θέρους αὖξεται, χειμῶνος λήγειν. [ὅσα μὴ ἐν περιόδῳ ἡμερέων ἀπαλλάσσεται· τὴν δὲ περίοδον αὐτίς φράσω τῶν ἡμερέων.] ὅσα δὲ γίνεται ἦρος νοσήματα, προσδέχεσθαι χρὴ φθινοπώρου τὴν ἀπάλλαξιν ἔσεσθαι αὐτῶν· ὅσα δὲ φθινοπωρινὰ νοσήματα, τούτων [τοῦ] ἦρος τὴν ἀπάλλαξιν ἀνάγκη γενέσθαι. [ὅ τι δ' ἂν τὰς ὥρας ταύτας ὑπερβάλλῃ νόσημα, εἰδέναί χρὴ ἐνιαύσιον [αὐτὸ del. Wil.] ἐσόμενον.] καὶ τὸν ἰητρὸν χρὴ οὕτως ἰᾶσθαι τὰ νοσήματα ὡς ἑκάστου τούτων ἰσχύοντος ἐν τῷ σώματι κατὰ τὴν ὥρην τὴν αὐτῷ κατὰ φύσιν ἐοῦσαν μάλιστα.

Cohaeretne haec ratio cum antecedente, potestne esse eiusdem auctoris? In cap. 7 pituitam in corpore humano maximam habere vim hieme (p. 46, 7) comperimus, hebescere vere (46, 17), infirmissimum esse aestate (48, 11). Quadrant igitur capitulum 7 et 8 sententiae, nam homines, qui hieme aegroti, pituita scilicet, fiunt,

sani sint necesse est aestate, dum pituita, quae causa erat morbi, nihil valet. Eodem modo res se habet aestate et hieme (ἡ χολή ἀείρεται τοῦ θέρους (i. e. bilis flava) p. 48, 5: ἢ τε χολή ψυχομένη (i. e. hieme) ὀλίγη γίνεται 48, 15), vere et autumno (τοῦ δὲ ἤρος . . . τὸ αἷμα αὔξεται 46, 16: τοῦ δὲ θέρους ἰσχύει ἔτι 48, 5: τοῦ δὲ φθινοπώρου ἐλάχιστον γίνεται 48, 6; 48, 13), autumno et vere (ἡ δὲ μέλαινα χολή τοῦ φθινοπώρου ἰσχυροτάτη ἐστὶ 48, 13: ἢ τε χολή ψυχομένη ὀλίγη γίνεται τοῦ χειμῶνος 48, 15: minimam habet vim vere). Itaque caput octavum, quantum quidem eius contemplati sumus, cum prioribus est coniungendum. Sed inter duo illa enuntiata leguntur haec verba: ὅσα μὴ ἐν περιόδῳ ἡμερέων ἀπαλλάσσεται· τὴν δὲ περίοδον αὐτὶς φράσω τῶν ἡμερέων. Quod hic promittitur, nusquam legimus. Itaque integrum non esse librum Ermerinsius statuit (II p. XLIII) et Littrens adnotat nescire sese, ubi auctor, quae polliceatur, solverit (VI p. 51 n. 15). Atqui verba et falso stant loco, nam non ad duo anni tempora modo sed ad omnia pertinere illa voluisse auctorem apparet, et doctrinae, quae anni temporibus morbos fieri mutari interire docet, plane, quod dierum periodum praedicant, contradicunt. Quibus de causis delenda ea esse quis est qui neget? Fieri autem potuisse, ut inculcarentur, altera interpolatione probatur multo evidentiore quaeque locum, ubi prior illa rectius legitur, obtinet.

Verba dico, quae genuina supra tractata subsequuntur: ὅτι δ' ἂν τὰς ὥρας ταύτας ὑπερβάλλη νόσημα, εἰδέναι χρὴ ἐνιαύσιον ἐσόμενον. Quae rationi capitum 1—8 omnino contraria esse elucet, nam ut morbus aliquis diversum anni tempus transgrediatur, anno postquam ortus est, desinere non potest, sed debet denuo convalescere. Praeceptum vero idem redit sub finem capituli 12 (cf. finem c. 15). Interpolationibus eiectis ultima — medicus, etsi sua sponte anni tempore contrario homo valetudinem bonam recuperat, tamen statim potest sanare — et caput optime terminant et libellum. Ad dispositionem enim quid deest? quid ad doctrinam? Omnia sunt rotunda et perfecta: prologus longior, cum contrariae opiniones refutandae sint (c. 1—2), tractatio (c. 3—7), epilogus brevis (c. 8). Capita igitur 1—8 unum efficiunt opus et integrum¹⁾; quod quam

1) cf. Wilamowitzius in Phil. Unt. I p. 40 adn. qui falso libellum nominat fragmentum.

recte nomen π. φύσιος ἀνθρώπου gerat, ex primis ipsis verbis apertum: ὅστις μὲν εἴωθεν ἀκούειν λεγόντων ἀμφὶ τῆς φύσιος τῆς ἀνθρωπείης

Capitis proximi initium apud Littreum legitur: εἰδέναι δὲ χρὴ καὶ τάδε πρὸς ἐκείνοισιν, ὅτι Sed illud ὅτι cum a codice A longe optimo alienum sit, verba εἰδέναι — ἐκείνοισιν addita esse, ut proxima cum antecedentibus coniungerentur, quae vero sequuntur, alius scholae, alius auctoris esse manifestum est. Docent enim (usque ad ἥ τε ἴησις τοῦτό μοι δοκεῖ εἶναι) adverso necesse esse adversum sanari¹⁾ neque unquam negligenda esse medico νόσημα εἶδος ὄρην ἡλικίην.

Alias rursus morborum et causas habet et poscit sanationes altera capitis noni pars (IX, 2). Hic enim morbos omnes oriri comperimus aut diaeta aut aere (αἱ δὲ νόσοι γίνονται αἱ μὲν ἀπὸ τῶν διαιτημάτων, αἱ δὲ ἀπὸ τοῦ πνεύματος, ὃ ἐσαγόμενοι ζῶμεν) atque quo quodque modo genus sanetur. Idem autem vir plura scripsit, nam ὅταν δὲ, inquit, αἱ νόσοι γίνονται παντοδαπαὶ κατὰ τοὺς αὐτοὺς χρόνους, δῆλον ὅτι τὰ διαιτήματά ἐστιν αἷτια ἕκαστα ἐκάστοισι, καὶ τὴν θεραπείην χρὴ ποιεῖσθαι ἐναντιούμενον τῇ προφάσει τῆς νόσου, ὡς περ μοι πέφρασταὶ καὶ ἐτέρωθι [καὶ τῇ τῶν διαιτημάτων μεταβολῇ del. recte Wil.]; quae verba neque ad libellum π. φύσ. ἀνθρ. neque ad capitis initium possunt spectare. Atque deinde: ἂ δεῖ καταμαθόντα μεταβάλλειν καὶ σκεψάμενον τοῦ ἀνθρώπου τὴν τε ἡλικίην καὶ τὸ εἶδος καὶ τὴν ὄρην τοῦ ἔτεος καὶ τῆς νόσου τὸν τρόπον τὴν θεραπείην ποιεῖσθαι τὰ μὲν ἀφαιρέοντα τὰ δὲ προστιθέντα, ὡς περ μοι καὶ πάλαι εἴρηται. πρὸς ἕκαστα τῶν ἡλικιῶν καὶ τῶν ὠρέων καὶ τῶν εἰδέων καὶ τῶν νόσων ἐν τε τῇ φαρμακείῃ [προστρέπεσθαι A προτρ. R cf. Gal. I. c. p. 122.] καὶ ἐν τῇ διαίτη; quae etsi rerum quarum initium capitis ἡλικίης ὄρης εἰδέων νόσων rationem habent, non illuc sed alio pertinere certum est. Alterius ergo partis (IX, 2) auctor, cum hic morborum causas in universum aperiret, eorum curationem alibi exposuit; ubi, adhuc nescimus.

1) cf. π. ἀρχ. ἰητρ. c. 13 τῷ ὑπεναντίω προσήκει λῦσαι ὡς ὁ ἐκείνων λόγος ἔχει; π. φυσῶν c. 1; et contra Oribasium π. εὐπορίστων I, 2 ed. Daremberg V, 566 τοῦτο γὰρ ἐστὶ τὸ παρὰ τῶν ἀρχαίων εἰρημένον· κόπῳ κόπον λύειν.

Duabus illis (vel tribus libello π. φύσ. ἀνθρ. addito) de causis morborum opinionibus adnectitur tertia in cap. 10. A validissimis corporis partibus orti existimantur et gravissimi esse et quod imbecilliores inficiunt, sanatu difficillimi, cum ceteri facilius solvantur.

Exstat tum famosa illa venarum descriptio (c. 11) quam quod maximi est momenti et a Littreo non ita bene edita legitur, totam et emendatam exscribere mihi placet. Sed — id quod summum est — facile est intellectu caput 11 cum ullo alio coniungendum esse nullo pacto¹⁾:

αί²⁾ παχύταται τῶν φλεβῶν ὧδε πεφύκασι· τέσσαρα ζεύγεά ἐστιν ἐν τῷ σώματι καὶ ἕν μὲν αὐτῶν ἀπὸ τῆς κεφαλῆς ὀπισθεν διὰ τοῦ αὐχένος ἔξωθεν παρὰ τὴν ράχιν ἔνθεν³⁾ καὶ ἔνθεν ἐς⁴⁾ τὰ ἰσχία ἀφικνεῖται καὶ ἐς τὰ σκέλεα, ἔπειτα διὰ τῶν κνημέων ἐπὶ τῶν σφυρῶν τὰ ἔξω καὶ ἐς τοὺς πόδας ἀφήκει⁵⁾. δεῖ οὖν τὰς φλεβοτομίας ἐπὶ τῶν ἀλγημάτων τῶν ἐν τῷ νώτῳ καὶ ἐν τοῖσιν ἰσχίοισι ἀπὸ τῶν ἰγνύων ποιεῖσθαι καὶ ἀπὸ⁶⁾ τῶν σφυρῶν ἔξωθεν.

αἱ δὲ ἕτεραι φλέβες ἀπὸ τῆς κεφαλῆς παρὰ τὰ ὦτα διὰ τοῦ αὐχένος, αἱ σφαγίτιδες καλεόμεναι, ἔσωθεν παρὰ τὴν ράχιν ἑκατέρωθεν φέρουσι παρὰ τὰς ψόας ἐς τοὺς ὄρχιας καὶ τοὺς μηρούς καὶ διὰ τῶν ἰγνύων [ἐκ] τοῦ ἔσωθεν μέρους, ἔπειτα διὰ τῶν κνημέων ἐπὶ τὰ σφυρὰ τὰ ἔσωθεν καὶ τοὺς πόδας. δεῖ οὖν τὰς φλεβοτομίας ποιεῖσθαι πρὸς τὰς ὀδύνας τὰς ἀπὸ τῶν ψοῶν καὶ τῶν ὀρχίων, ἀπὸ τῶν ἰγνύων καὶ ἀπὸ τῶν σφυρῶν ἔσωθεν.

αἱ δὲ τρίται φλέβες ἐκ τῶν κροτάφων διὰ τοῦ αὐχένος ὑπὸ τὰς ὠμοπλάτας, ἔπειτα συμφέρονται ἐς τὸν πλεύμονα καὶ ἀφικνεύονται ἢ μὲν ἀπὸ τῶν δεξιῶν ἐς τὰ ἀριστερά⁷⁾ ὑπὸ τὸν μαζὸν καὶ ἐς

1) Recensendi munere si fungamur, ter nobis caput praesto est — nam de Galeno adhuc tacere praestat —: hoc loco (codd. A et B), in libello π. φύσιος ὀστέων (c. 9 L. IX, 174; codd. R'), apud Aristotelem in libro de Hist. An. III, 3. Sed philosophus, ut solet, verba ita mutat, ut vix ad emendandum apta sint.

2) αἱ δὲ R δὲ om. A R'.

3) ἔνθεν τε A R τε om. R'.

4) R' Gal. παρὰ A R.

5) R' ἀφίκη A διήκει R.

6) A Gal. ἐκ R' R.

7) inter ἀριστερά et ὑπὸ inserunt R; ἢ δὲ ἀπὸ τῶν ἀριστερῶν ἐς τὰ δεξιὰ, καὶ ἢ μὲν δεξιῇ ἀφικνεῖται ἐκ τοῦ πλεύμονος.

τὸν σπλήνα καὶ ἐς τὸν νεφρὸν, ἢ δὲ ἀπὸ τῶν ἀριστερῶν ἐς τὰ δεξιά ἐκ τοῦ πλεύμονος ὑπὸ 1) τὸν μαζὸν ἐς τὸ ἥπαρ καὶ ἐς τὸν νεφρὸν· τελευτῶσι δὲ ἐς τὸν ἀρχὸν αὐταὶ ἀμφοτέραι.

αὶ δὲ τέταρται ἀπὸ τοῦ ἔμπροσθεν τῆς κεφαλῆς καὶ τῶν ὀφθαλμῶν ὑπὸ τὸν ἀνύχνα καὶ τὰς κληίδας, ἔπειτα δὲ διὰ 2) τῶν βραχιόνων ἄνωθεν ἐς 3) τὰς συγκαμπάς, ἔπειτα 4) διὰ τῶν πήχεων καὶ ἐς τοὺς καρπούς καὶ τοὺς δακτύλους, ἔπειτα ἀπὸ τῶν δακτύλων πάλιν διὰ τῶν στήθεων τῶν χειρῶν καὶ τῶν πήχεων ἄνω ἐς τὰς συγκαμπάς καὶ διὰ τῶν βραχιόνων τῶν κάτωθεν μέρος ἐς τὰς μασχάλας καὶ ἐκ τῶν πλευρῶν ἄνωθεν ἢ μὲν ἐς τὸν σπλήνα ἀφικνεῖται ἢ δὲ ἐς τὸ ἥπαρ· ἔπειτα δὲ ὑπὲρ τῆς γαστροῦς ἐς τὸ αἰδοῖον τελευτῶσιν ἀμφοτέραι.

Hic subsistendumst, nam haec tantum Aristoteles praebet. Quae subsequuntur in libris π. φύσ. ἀνθ. et π. φύσ. ὅστ. verba addunt venas, quae neque a capite oriuntur nec τῶν παχυτάτων φλεβῶν de quibus agitur, sunt quaeque eiusdem non esse sese genere dicendi et describendi prae se ferunt a priore longe alieno (cf. Gal. l. c. p. 150), olente plane compilatorem (cf. initium εἰσὶ δὲ καὶ). Venarum igitur illi illustri descriptioni alter quidam, ut rem auget, aut sua aut rursus aliena adiecit.

Caput 12 de morbis eorum, qui pure laborant, compositum a prioribus rursus abhorret atque iterum, ut Wilamowitzius bene me monuit, interpolationem continet manifestam. Sunt verba γίνονται (p. 62, 16) δὲ καὶ οἱ λίθοι τοῖσι παιδίοισι, διὰ τὴν θερμότητα τοῦ χωρίου τε τούτου καὶ τοῦ ὕλου σώματος ὅσον πλεῖστον καταμαραίνεται, τοσοῦτον ἀνάγκη ψυχρότερον εἶναι; quae propterea quod antea de vesicae caliditate sermo est, inculcata sunt, sed sententiarum conexum plane dirumpunt, nam ultima: ὑγιεῖς δὲ γίνονται αὐτόματοι οἱ οὔτω διακειμένοι non proxima continuant, sed priora (cf. p. 62, 9 ὅταν οὖν νόσημά τι καταλάβῃ τοὺς οὔτω διακειμένους, τὸ μὲν παραχρῆμα διαφεύγουσιν, ὕστερον δὲ . . .).

1) R. R' ἐς A.

2) ἐπὶ A ἀπὸ R' ὑπὲρ R Gal. διὰ Aristot.

3) A R ὑπὸ R'.

4) verba: ἔπειτα διὰ τῶν π. ἐς τὰς συγκαμπάς Aristoteles omittit, nisi aliquando a librario, qui a vocibus ἐς τὰς συγκαμπάς ad altera eadem transiliret, neglecta sunt et restituenda.

Quin Galenus iam in fine interpolationis et initio offendit (l. c. p. 153 τοῦ χωρίου, δηλονότι τῆς κύστεως. p. 158 τίνας λέγει τοὺς οὕτω διακειμένους;).

Capitis 13 porro, in quo quarta de morbis curandis opinio exstat, verba τὴν δὲ ἴησιν χρὴ ποιεῖσθαι αὐτὸν ἐναντιούμενον τῇ προφάσει τῆς νόσου in memoriam revocant capitis IX, 2 eadem τὴν θεραπείην χρὴ ποιεῖσθαι ἐναντιούμενον τῇ προφάσει τῆς νόσου ὥσπερ μοι πέφρασαι καὶ ἐτέρωθι. Utrumque locum eiusdem esse, quis est, quem fugiat?

Ut vero interpolationis in cap. 12 factae auctor, ita qui cap. 14 composuit, de vesicae morbis disserit, sed sic, ut vinculi quidquam inter eos non cognoscatur.

Febrium deinde quattuor genera enumerantur: σύνοχος ἀμφημερινός τριταῖος τεταρταῖος, quae e bile orta omnia, prout humor ille maiorem aut minorem habet vim, celerius aut tardius tolluntur. Itaque cum verbis (p. 68, 3) προσγίνεται δὲ αὐτοῖσιν ἀπὸ μελαίνης χολῆς τὸ περισσὸν τοῦτο καὶ δυσapάλλακτον bilis atra et ceteri corporis humores (τῶν ἐν τῷ σώματι ἐνεόντων χυμῶν) inducuntur, non inepte finem rursus postea additum esse suspicaberis, nam febrium doctrinae auctor nihil humorum novit nisi bilis aut plus aut minus. Quae opinio quam pulchre confirmetur, postea videbimus.

Proxima capita, in editione Littrei π. διαίτης ὑγιεινῆς inscripta 1—7 una sunt tractanda et nomen illud suo gerunt iure. Scite enim explicatur, quomodo diversis et anni et aetatis temporibus (ᾠρη, ἡλικίη) homines, quamcunque habent corporis constitutionem et naturam (εἶδος), vivere debeant, ut bona valetudine utantur. Anni ergo temporum, aetatis, naturae semper ratio habenda est (c. 2 δεῖ οὖν πρὸς τὴν ἡλικίην καὶ τὴν ᾠρην [καὶ τὸ ἔθος καὶ τὴν χώραν R om. A] καὶ τὰ εἶδεα τὰ διαιτήματα ποιεῖσθαι), itaque alimenta aut tollendo aut addendo sunt mutanda (προστιθέναι — ἀφαιρεῖν). Ecce, capitis noni (IX, 2) memineris et verborum δεῖ . . . τὴν θεραπείην ποιεῖσθαι τὰ μὲν ἀφαιρέοντα τὰ δὲ προστιθέντα, ὥσπερ μοι καὶ πάλαι εἴρηται, πρὸς ἕκαστα τῶν ἡλικιῶν καὶ τῶν ᾠρέων καὶ τῶν εἰδέων . . . ἐν τῇ διαίτη. Idem nonne loqui videtur?

Sed capita duo ultima illi abiudicanda sunt (cf. Gal. l. c.

p. 223); quorum unum (c. 9) libelli π. παθῶν principium adhuc legitur (L VI, p. 208), alterum (c. 8) secundam libri π. νόσων II partem incipit (L VII, 18)¹).

Quae eruta sint, uno sub conspectu ponere non alienum videtur. Ac primum quidem Galenum haud ita multo aberravisse a vero constat, praesertim cum de additamentis et interpolationibus quaestiones vix a medico postulentur. Multas profecto nos quoque secernimus partes maiores (π. φύσ. ἀνθρ. c. 1—8; π. διαίτης ὑγ. 1—7) et minores (reliqua capita singula); at tamen aliquanto plus profecturos nos esse spero.

Qui tandem compilatio, ut ita dicam, orta est? Qua de causa facta? Galenus rursus respondere conatur; ἐν γὰρ τῷ κατὰ τοὺς Ἀτταλικούς τε καὶ Πτολεμαϊκούς βασιλέας χρόνῳ, inquit (l. c. p. 109. cf. 105), πρὸς ἀλλήλους ἀντιφιλοτιμουμένους περὶ κτήσεως βιβλίων ἢ περὶ τὰς ἐπιγραφάς τε καὶ διασκευὰς αὐτῶν ἤρξατο γίνεσθαι φραδιουργία μικρῶν οὖν ὄντων ἀμφοτέρων τῶν βιβλίων τοῦ περὶ φύσιος ἀνθρώπου καὶ τοῦ περὶ διαίτης ὑγιεινῆς εὐκαταφρόνητον ἐκάτερον τοῦτο εἶναι τις δόξας διὰ τὴν σμικρότητα συνέθηκεν ἐς ταὐτὸ ἄμφω. καὶ τις, ἴσως ἄλλος ἢ καὶ αὐτὸς ὁ πρῶτος αὐτὰ συνθεῖς, παρενέθηκέ τινα μεταξὺ τῶν δύο ταυτὶ τὰ νῦν προχειρίζεσθαι μέλλοντα. At quis est, qui hoc responso acquiescat? Quam credulos facit Attalos et Ptolemaeos, quam stultos falsarios! Ne eodem modo quo Galenus fallamur, adest prooemium. Cognoscimus enim opus esse ὑπόμνημα.

Quod quo pacto natum sit, distincte nunc et accurate est demonstrandum. Vir quidam, medicus videlicet, in usum suum collegit et composuit res memoria dignas: complures de origine morborum et curatione sententias (π. φύσ. ἀνθρ.; c. IX, 1; IX, 2; 10; 13) dissertationes de venis (c. 11) de pure (12) de urina (14) de febribus (15) de diaeta (1—7) de capitis doloribus (8) principium sanandi (9); et haec quidem duo capita addidit fort., quod initia librorum ei carorum erant. Sed compluribus etsi

1) Locus ille ita scribendus est: ὅταν δὲ εἰρύση, καταβαίνει, [καὶ πάλιν ἐς τὸ σῶμα R om. 5.] ὅταν πλήρης γένηται ἡ κεφαλὴ καὶ τύχη ὑπὸ τινος τούτων διαδερμανθεῖσα. 12. Νόσοι ἀπὸ τῶν κεφαλέων. Νάρκη ἴσχει τὴν κεφαλὴν

auctoribus, quae una nunc leguntur, debentur, tamen eiusdem viri librorum reliquias paucas licet nobis cognoscere. Nam quod in capitis noni altera parte (IX, 2) bis alii eiusdem auctoris libri citantur, ea de causa locos illos attactos i. e. caput 13 — quod fort. cum 10 cohaeret — et π. διαίτης ὑγ. libellum esse exhibitos a compilatore certum mihi videtur. Eiusdem ergo esse conicio capita IX, 2; 13 (fort. 10); π. διαίτης ὑγ.¹). De urina denique caput (14) compilatorem ipsum ex Aphorismis nonnullis conglutinasse probabile est (c. 14 = Aphor IV, 76—78 cf. 79. res ne Galenum quidem fugit l. c. p. 164—5 aut Littreum).

ὑπόμνημα tale ad usum proprium, non ad editionem destinatum est. Sed si pervulgatum tamen itaque nobis traditum esse mirum videatur, cur factum sit, aperta causa. Quae enim collecta sunt, maximi erant, ut videbimus, momenti; ex quibus hausta erant, libri perdit; qui collegit, non solum composuit res contrarias, sed conatus est etiam aliquo modo omnes contexere; et effecit, ut multos, qui librum, non ὑπόμνημα legere sese putarent, deciperet. Venio igitur ad interpolationes, quas perspeximus, et additamenta.

Quorum duo genera sunt cognoscenda: unum quo librum π. φύσ. ἀνθρ. cum proximis coniungat, alterum quo alienis sententiis addat aliquid sive sui sive rursus aliorum. Illius sunt initium capitis noni: εἰδέναι δὲ χρὴ καὶ τάδε πρὸς ἐκείνοισιν et capitis octavi interpolationes, quarum una cum ad capitis 12 finem spectet (ὅσα μὴ ἐν περιόδῳ ἡμερέων ἀπαλλάσσεται· τὴν δὲ περίοδον αὐτὶς φράσω τῶν ἡμερέων), alterius verba (ὅ τι δ' ἂν τὰς ὥρας ταύτας ὑπερβάλλῃ νόσημα, εἰδέναι χρὴ ἐνιαύσιον ἐσόμενον) illo ipso e loco sumpta sunt (c. 12 fin. ὑγιεῖς δὲ γίνονται αὐτόματοι οἱ οὕτω διακείμενοι, πλεῖστοι μὲν ἐν τῇ ὥρῃ, ἣ ἂν ἄρχωνται (ἄρχονται A ἄρξωνται R) τήκεσθαι (R om. A) πέντε καὶ τεσσαράκοντα ἡμερέων (Gal. cf. XV, 160. β τε καὶ μ. A πέντε καὶ τεσσαρακονθήμεροι R)· ὅσοι δ' ἂν τὴν ὥρην ταύτην ὑπερβάλλωσιν (R οἷσιν . . . ὑπερβάλλοι (sc. νόσημα) A melius fort.) ἐνιαυτῷ [αὐτόματοι] [ὑγιεῖς γίνονται R om. A], ἢν μὴ τι ἄλλο κακουργῆται ὁ ἄνθρωπος).

1) Similitudo illa locorum est causarum una, cur Ermerinsius putet „probabilius esse nos in his omnibus habere membra disiecta unius cuiusdam operis antiqui“. II, XLVII.

Alterius generis sunt additamenta; ex quibus de illo capitis 11 plura dicere oportet. Estne auctoris an auctor usus est libro, in quo illud iam legebatur? Apud Aristotelem et in libello π. φύσ. ὄστ. complures de venis sententiae inveniuntur eaeque duae, quas uterque praebet. Nam ille cum afferat, quae de eis senserit Syonnesis Cyprius, Diogenes Apolloniates, Polybus (i. e. auctor capitis 11, quod quidem exscripserim), hic nominibus omissis nobiscum communicat, quae dixerint Syennesis (c. 8) — et plura quidem quam Aristoteles verba exhibet — Polybus (c. 9) — et ne additamentum quidem omittit — tertius quidam (c. 10), cuius verba eadem etiam in Epid. libro II exstant. Qua e re quid facilius concludendum esse videtur quam Aristotelem et compilatorem libri π. φύσ. ὄστ. eodem e fonte hausisse, qui auctoribus quoque π. φύσ. ἀνθρ. et Epid. II praesto erat quique finem capiti 11 additum iam continebat? Aristotelem igitur bis aliquantum sententiae omisisse? Quid pulchrius colligi posse videtur quam fontem illum fuisse librum, in quo diversa de venis placita composita erant? exstetisse igitur saeculo IV eiusmodi ὑπόμνημα quoddam? At tamen non pauca obstant aut obstare videntur. Liber π. φύσ. ὄστ. quem nos legimus, tanto minor aetate esse dicitur, ut ne Galenus quidem aut Erotianus eum noverit (Ilberg, das Hippocr.-Glossar d. Erotian. Leipzig 1893. p. 134—5). Erotianus enim nisi e capp. 1—7 et 11—19 glossas non praebet, Galenus bis e capp. 11—19 verbum citat, quod legi dicit ἐν τοῖς προσκειμένοις τῷ Μοχλικῷ. Quam ob rem illis temporibus capita 8—10 libro defuisse — postea ergo addita esse — Ilbergus putat et capp. 1—7, 11—19 cum Μοχλικῷ fuisse coniuncta sibi persuasit. Illam autem Μοχλικῷ appendicem copiosiore fuisse e vocibus nonnullis, quae eo tendant, colligit. At omnium Corporis librorum quis tam sero natus est? Unde, si capp. 9 et 10 e π. φύσ. ἀνθρ. et Epid. II sumpsit, compiler tum caput 8 hausit? Atque contra, qui glossas confecit, praeterire nonne capp. 8—10 potuit unum, quia in eo nihil difficile (c. 8), reliqua, quod aliis locis ea iam interpretatus esset (c. 9—10)? Quid plura? Quod nunc nomen π. φύσ. ὄστ. gerit, esse certum mihi videtur illud τὸ προσκείμενον τῷ μοχλικῷ, ab eo postea seiunctum ac fortasse circumcisum. Et hodie in

codicibus fere omnibus τὸ *Μοχλικόν* excipit. Quae cum ita sint, nihil, ne saeculo IV aut III a. Chr. n. opus, quod nunc nominatur π. ὄστ. φύσ., tribuamus, impedit; nihil, ne eisdem atque Aristoteles libris auctor eius usus sit, obstat.

Sed una re gravor. Auctorem ὑπομνήματος ipsum finem capitis 11 addidisse et ceterarum partium memorem fuisse videtur probare, quod ultima verba (οὕτω γὰρ ἂν ἤκιστα ἢ τε μεταβολὴ γίνοιτο μεγάλη ἐξαπίνης) persimilia sunt illorum (π. διαίτης ὑγ. 1): καὶ μὴ μεγάλη ἢ μεταβολὴ ἔσται ἐξαπίνης χρεομένῳ τοῦ [δὲ] θέρους τῇ τε μάξῃ μαλακῇ καὶ τῷ πόματι ὑδαρεῖ . . . (sic A) cf. θ, 2 ἦν γὰρ μεταβάλλη ταχέως . . . κίνδυνος . . . νεώτερόν τι γενέσθαι. Si ita res se habet, Aristoteles et π. φύσ. ἀνθρ. auctor Polybi ipsius libro usi sunt; in libellum π. φύσ. ὄστ. e libro π. φύσ. ἀνθρ. caput derivatum est; π. φύσ. ὄστ. compiler ex Epid. II caput 10, Syennesis verba aliunde mutuatus est.

Secundiore vento postea vehimur. Contingit enim, ex quibus hauserit, fontes invenire. In capitis 12 interpolatione uti eum π. φύσ. ἀνθρ. paragrapho 7 manifestum est (ἀνάγκη γὰρ αὐξανόμενον καὶ χωρέον τὸ σῶμα πρὸς βίην θερμὸν εἶναι (p. 64, 2) = ὅσα δὲ βίη ἔρχεται, θερμότερα γίνεται, ἀναγκαζόμενον ὑπὸ τῆς βίης), neque reliqua de suo eum depromere e verbis εὖ γὰρ χρὴ εἰδέναι [ὅτι R. om. A], quae notam recoqui rem probant, elucet. Et profecto ad crescendum opus esse calido et refrigeratione corpus senescere docuerunt Parmenides (cf. Diels Dox. p. 443, 4), Empedocles (l. c. 437; 439; 440; Zeller I^b 799), Stoici (l. c. 443, 5; 648) medici multi (Aphor. I, 14; π. ἀέρων ὑδ. τόπ. c. 9; etc.).

Eiusdem vero septimae π. φύσ. ἀνθρ. paragraphi vestigia aperta sunt comparanti: μέλαινα γὰρ χολὴ τῶν ἐν τῷ σώματι ἐνεόντων χυμῶν γλισχρότατον in capitis 15 additamento¹⁾ cum (p. 46, 10) καίτοι γλισχρότατόν ἐστι (sc. φλέγμα) καὶ βίη μάλιστα ἄγεται μετὰ χολὴν μέλαιναν; atque ἢ τε φθινοπωρινὴ ἔρη μάλιστα πασέων τῶν ὠρέων sc. ὑπὸ μελαίνης χολῆς κατέχεται cum (p. 48, 12) ἢ δὲ μέλαινα χολὴ τοῦ φθινοπώρου πλείστη τε καὶ ἰσχυροτάτη ἐστίν. Finis deni-

1) Wilamowitzius rectissime adnotat: das ist ein Zusatz, der zu deutsch etwa bedeutet: „hierin sehe ich die Thesen der Schrift π. φύσ. ἀνθρ. 1—8 bewahrheitet.“

que ὅσοι δ' ἂν ἀλώσιν ἔξω τῆς ὄρης ταύτης καὶ τῆς ἡλικίης ὑπὸ τεταρταίου, εὖ χρῆ εἰδέναι μὴ χρόνιον ἐσόμενον τὸν πυρετόν, ἦν μὴ τι ἄλλο κακουργῆται ἄνθρωπος in mentem vocat ultima capitis 12 verba (. . . ἦν μὴ τι ἄλλο κακουργῆται ἄνθρωπος) seque ab eodem profectum esse ostendit qui in octavo capite interpolaverat (. . . εἰδέναι χρῆ ἐνιαύσιον ἐσόμενον).

Mutuatus est ergo auctor vel ea, quae addit; additamenta autem omnia idem obtinet genus dicendi (c. 9 εἰδέναι δὲ χρῆ καὶ . . .; (c. 11 εἰσὶ δὲ καὶ; φέρουσι δὲ καὶ;) c. 12 γίνονται δὲ καὶ; c. 15 προσγίνεται δὲ . . . quae initia redolent compilatorem; εἰδέναι δὲ χρῆ c. 8; 9; 12; 14; 15 quae coniunctio nusquam nisi in verbis adiectis reperitur).

Quae cum ita sint et, cuius generis opus sit quoque modo ortum, demonstratum sit, nunc — et nunc demum — de auctore vel potius de auctoribus quaerere licet. Neque enim confundendi sunt auctor ὑπομνήματος et auctores partium: π. φύσ. ἀνθρ.; c. IX, 2; (10); 13; π. διαίτης ὕγ.; c. 11 etc. Sed antequam officio nunc rectius definito fungi aggrediamur, exspatiandum est fort. longius. Primam enim partem oportet accuratissime tractemus.

π. φύσ. ἀνθρ. libelli ex initio: ὅστις μὲν οὖν εἴωθεν ἀκούειν λεγόντων ἀμφὶ τῆς φύσιος τῆς ἀνθρωπείης προσωτέρω ἢ ὅσον αὐτῆς ἐς ἰητρικὴν ἀφήκει, τούτῳ μὲν οὐκ ἐπιτήδειος ὅδε ὁ λόγος ἀκούειν, quod, quam recte capitibus octo primis titulus ille impositus esset, probare vidimus, alia multa comperimus. Orationem legimus; quam qui audiunt, eiusmodi orationibus interesse solent, quae ab hominibus habentur, qui inter se non consentiunt, sed verbis dimicare consueverunt (πρὸς . . . ἀλλήλους ἀντιλέγοντες). Quare hic orator adversarios eos sibi fingit omnibusque vitio vertit quod προσωτέρω ἢ ὅσον αὐτῆς ἐς ἰητρικὴν ἀφήκει de natura humana verba faciant, quod unum esse, quodcunque sit, contendunt (φασὶ τε γὰρ ἓν τι εἶναι, ὃ τί ἐστι, καὶ τοῦτο εἶναι [τὸ ἓν τε καὶ R om. A] τὸ πᾶν cf. Diels Dox. p. 480, 4 sq.), quod ea de causa pronuntiant et hominem et omnia esse aut aerem aut ignem aut aquam aut terram (κατὰ δὲ τὰ ὀνόματα οὐχ ὁμολογέουσιν· λέγει δὲ αὐτῶν ὁ μὲν τις φάσκων ἡέρα εἶναι τοῦτο τὸ ἓν τε καὶ τὸ πᾶν, ὁ δὲ πῦρ, ὁ δὲ ὕδωρ, ὁ δὲ γῆν). Physicorum igitur veterum doctrinis ei, in quos vehementis-

sime invehitur, student Anaximenis, quem secutus est Diogenes Apolloniates, Heracliti, cuius schola saeculi IV initio in Ionia florebat (cf. Plat. Theaet. p. 179 D), Thaletis, cuius aemulator Hippo¹⁾; ex sola terra autem constare hominem neminem unquam docuisse Galenus recte animadvertit (l. c. p. 25; cf. Ilberg l. c. p. 16 sq.). Sed quae sentiant, adversarii modo philosophis illis digno non proferunt, sed ἐναντίον ἀκροατῶν defendunt ita, ut vincat, qui optime verba faciat neque qui optime sentiat. Sunt ergo sophistae.

In profigendis vero inimicis auctor ipse, quis sit, quid velit, profitetur. Nam si de hominis natura plura dicere quam pertineat ad medicinam stultum esse censet, si quae elementa ceteri sibi fingant, ea in corpore humano non inesse contendit (ὅ τι μὴ φανερόν ἐστιν ἐνεὸν ἐν τῷ ἀνθρώπῳ), quid facilius potest colligi quam oratorem esse medicum? Atque revera quae dico statim probantur. Missum facit in cap. 2 sophistas, petit medicos, qui eodem vitio commisso uno ex elemento corpus esse compositum rati hominem constare credant aut ex sanguine²⁾ aut bile aut pituita³⁾. At omnes errant; unum tantum ut insit in homine, fieri non potest; complura necesse est coire elementa. Ita fit, ut ipse alium sectetur philosophum, Empedoclem. Nam auctorem, etsi nonnunquam experientia et usu niti videtur, medicum esse, qualis Hippocrates erat, minime credas. Ipse quoque sophistarum more eruditus est, ut auctor π. τέχνης, est ut ille iatrosophista. Novit philosophorum doctrinas, didicit dicere, callet ipse τὸ ἀντιλέγειν. Orationem habemus ἐπιδείξεων illarum unam.

Empedoclis igitur doctrina fundamentum est; sed philosophi τέσσαρα τῶν πάντων ριζώματα mutat medicus — num auctor, adhuc in medio relinquamus; ignis, aquae, aeris, terrae vice funguntur

1) Philosopho morbos quoque cordi fuisse papyrus Londinensis docet p. XI, 22 sq. cf. Hermes 1898 p. 420.

2) ut Thrasy-machus papyri (XI, 42 sq.). cf. Critiam, cuius memorem esse auctorem Ilbergus putat (l. c. p. 20); ἕτεροι δὲ αἷμα καθάπερ Κριτίας sc. λέγουσι τὴν ψυχὴν (Aristot. de an. 405^b 6): τοῦτο (sc. αἷμα) νομίζουσιν εἶναι τὴν ψυχὴν τῷ ἀνθρώπῳ (c. VI). Sed multo verisimilius esse ad Empedoclis doctrinam pertinere verba nemo negabit (v. 329 ed. Stein αἷμα γὰρ ἀνθρώποις περικάρδιόν ἐστι νόημα. Zeller I⁵ 802, 3; cf. π. νόσων I, c. 30; π. φυσῶν c. 14).

3) ut in papyro medicus, cuius nomen deletum est p. XIII, 9 sq.

sanguis, pituita, bilis flava et nigra. Quae elementa omnia semper una in corpore sunt: singula semper sui similia (p. 40, 10; 38, 8; 42, 5; 36, 13 αἰεὶ τὰ αὐτὰ ὁμοῖα ἔόντα = ἀλλ' αὐτ' ἔστιν ταῦτα . . . αἰὲν ὁμοῖα Emp. v. 94—5 ed. Stein.), alia plane diversa ab aliis (c. 5; p. 42, 1 κατὰ φύσιν τὰς ἰδέας κεχωρισθαι cf. Emp. v. 88 τιμῆς δὲ ἄλλης ἄλλο μέδει, παρὰ δ' ἦθος ἐκάστω; v. 191 ἄμικτα Γέννα τε κράσει τε καὶ εἴδεσιν); at tamen paria esse et eiusdem generis (c. 3 ἐπεὶ οὐδ' ἐὰν (εἴ που δ' ἐὰν A corr. Wil.) μὴ ὁμόφυλα¹) ἔόντα μίσηται . . . γέννα οὐδ' ἂν μία (ἂν ταῦτα ἡμῖν R. ταῦτα om. A. corr.) συντελέοιτο. Emp. v. 87 ταῦτα γὰρ ἴσα τε πάντα καὶ ἡλικά γένναν ἔασι cf. Diels Dox. 434^a 4) opus est et eandem paene habere vim (c. 3 μετρίως πρὸς ἄλληλα ἔξει καὶ ἴσως). Nisi enim ita esset, nihil fieret neque homo neque alius quidquam, nam elementis miscendis aut seiungendis oriuntur omnia aut intereunt (συνίστασθαι c. 3 = Emp. 174 συνιστάμεν' ἄλλοθεν ἄλλα; συγγίνεσθαι c. 5 = Emp. 193; μιγνύναι c. 4 = Emp. 38; 184 etc.; συμβάλλεσθαι c. 3; συνέρχεσθαι Emp. 67; 116 etc; χωρίζεσθαι c. 4 cf. Emp. 43 ἀποκρίνεσθαι; ἀλλάσσειν c. 2 = Emp. v. 66; 72; 38.) Paulo quidem modo hoc modo illud superius est et regnat (c. 7 τοτὲ μὲν τὸ φλέγμα ἰσχύει, τοτὲ δὲ τὸ αἷμα, τοτὲ δὲ ἡ χολή = Emp. 112 ἐν δὲ μέρει κρατέουσι) prout singula crescunt aut diminuuntur (c. 2 ἕκαστον αὖξεται τε καὶ φθίνει = Emp. 113 καὶ φθίνει εἰς ἄλληλα καὶ αὖξεται ἐν μέρει αἴσης = π. ἀρχ. ἰητρ. c. 2 δι' οἴας προφάσις αὖξεται τε καὶ φθίνει). Atque ita morbi oriuntur venitque mors (c. 4); sed mortuo corpore elementa, quae non intereunt (c. 3; 7 = Emp. v. 89; 111), unumquodque natura sua servata ad sua redeunt (c. 3 καὶ πάλιν γε ἀνάγκη ἀναχωρεῖν [A cf. Diog. Apoll. frg. 2 ἐς τὸ αὐτὸ ἀναχωρεῖ] ἐς τὴν ἑαυτοῦ φύσιν ἕκαστον, τελευτῶντος τοῦ σώματος τοῦ ἀνθρώπου cf. Emp. 267 πρὸς ὁμοῖον ἰκέσθαι; 282 sq.). Ut breviter dicam, quae de elementis suis disserit Empedocles in versibus 87—90; 112—3:

ταῦτα γὰρ ἴσα τε πάντα καὶ ἡλικά γένναν ἔασι,
τιμῆς δ' ἄλλης ἄλλο μέδει, παρὰ δ' ἦθος ἐκάστω.

.....

1) cf. Philolai frg. 4 = Zeller I^b 357, 2; Diels Dox. 424, 3; Plat. Tim. p. 81 A.

οὐδὲν γὰρ πρὸς τοῖς ἐπιγίγνεται οὐδ' ἀπολήγει·

.....

εἴτε γὰρ ἐφθείροντο διαμπερές, οὐκέτ' ἂν ἦσαν.

.....

ἐν δὲ μέρει κρατέουσι περιπλομένοιο κύκλοιο,

καὶ φθίνει εἰς ἄλληλα καὶ αὖξεται ἐν μέρει αἴσης

ea omnia in iatrosophistae referenda sunt accuratissime. Carmen philosophi in manibus eum habuisse ex eis, quae attuli, apparet¹). Vestigia autem magistri etiam eo premit, quod ne herbas quidem elementis similibus non uti ad nutriendum sibi persuasit (c. 6 ὡς γὰρ τὰ φύόμενά τε καὶ σπειρόμενα . . . ἔλκει ἕκαστον τὰ κατὰ φύσιν αὐτῶ ἐνεὸν ἐν τῇ γῆ cf. Zeller I⁵ 792).

Sed Empedocles unus est eorum, quorum doctrinas iatrosophista novit, et gravissimus; accedit imprimis Melissus²), quem sub finem capituli I nominat. Verum eius nomen cognovit et libellum. Iam Ilbergus (l. l. p. 49 adn.) rectissime: apparet, inquit, de ente quod concluderat Melissus . . . transtulisse Pseudippo-
cratem ad medicorum . . . principium unicum, petentem inde impugnandi ansam. Sed quos confert, locorum numerus facile augeri potest (c. 2 init. = frg. 4; 13). Ut enim Melissus omnia semper eadem sint contendit necesse esse (frg. 17 . . . εἶναι χρὴ ἕκαστον τοιοῦτον, οἷόν περ τὸ πρῶτον ἔδοξεν ἡμῖν, καὶ μὴ μεταπίπτειν μηδὲ γίνεσθαι ἑτεροῖον), ita auctor similiter postulat (c. 2): ἀξιῶ δὲ ἔγωγε τὸν φάσκοντα αἷμα μόνον εἶναι τὸν ἄνθρωπον καὶ ἄλλο μηδὲν [εἶναι] δεικνύειν αὐτὸν μήτε ἀλλάσσοντα (μετε ἀ. Α μὴ μεταλ. Β) τὴν ἰδέην μήτε γινόμενον παντοῖον (μηδὲ γίνεσθαι Α Β, at cf. p. 36, 12; 40, 10). Atque addam licere puto illud ἐν τε

1) Attendas quaeso ad vocem γέννα (c. 3) e bona Ermerinsi coniectura orta = Emp. v. 87; 192. cf. Wil. Her. II p. 209 sq. et componas totè μὲν πλέω γίνεται αὐτὰ ἐωυτῶν, totè δὲ ἐλάσσω (c. 7) cum ἀρμονίῃ μερίζαντε τὰ μὲν πλέω ἄλλα δ' ἐλάσσω (Emp. v. 122); περιπλομένοιο κύκλοιο (v. 138; 229) cum περισταμένης ὄρης (c. 7) quae coniunctio apud Theophrastum redit (de caus. pl. II, 11, 2).

2) Heracliti quod prooemium (Frg. 1 τοῦ λόγου τοῦδε ἐόντος ἀεὶ ἀξύνετοι) meminisse eum in verbis, quae emendat: τοῦ λόγου αὐτοῦ ὑπὲ ἀξυνεσίης (c. 1) Wilamowitzius conicit (Phil. Unt. I, 40 adn.), est, quod de coniectura dubitemus. Quid autem velit finis capituli, idem vir doctissimus primus recte exponit.

καὶ τὸ πᾶν (c. 1. frg. 11) et εἶπερ ἔόντα γινώσκει (frg. 17 ὥστε συμβαίνει μήτε ὀρθῆν μήτε τὰ ἔόντα γινώσκειν), quod Melissi nomen subsequitur.

Hactenus haec; transeo ad genus dicendi. Neque enim iatrosophista, ut homo vere medicus, quae diligenter repperit, simpliciter disserit et litteris mandat, sed in publicum prodit et quae explorasse sese gloriatur, ipse ἐπιδείκνυται. Et verba facere posse eum concedendum est. Initio ipso praebet se virum, qui, quid velit, sciat breviterque praedicet; eo, quod omnes, qui solitas res exspectant, refutat, expectationem plane novae sapientiae in audientibus excitat; superare ipsum aliquanto reliquos omnes ut homines putent, efficit, etsi revera a ceteris haud ita multum distat. Quam vero concitavit expectationem non ignorat servare. Vertit se ad eos ipsos, qui audiunt (γνοίης ἂν τοῖσδε p. 32, 14; 42, 6; 46, 13; 48, 3; 48, 9), facit eos quasi ipsos proferentes argumenta, instituentes experimenta (42, 8; 42, 12; 46, 9; 50, 10). Adversarios autem quo vigore habemus ante oculos! In conventus eorum ducimur; certantes videmus, modo hunc modo illum vincentem, elatum laudibus vulgi¹). Qui dicant, audimus, quid sentiant, percipimus (c. 1. φασί τε γὰρ; λέγει δ' αὐτῶν ὁ μὲν τις . . ; c. 2). Verba citantur quasi; sententiae eorum quomodo natae sint, explanatur (c. 6 οἱ δὲ λέγοντες ὡς ἔστιν ἄνθρωπος, δοκέουσι μοι ταύτη τῇ γνώμῃ κεχρησθαι). Neque vero alia de causa nisi ut refutatio subsequatur. Atque quae refutatio! Argumenta eorum nulla sunt (c. 1 καὶ ἐπιλέγει ἕκαστος τῶ ἑωυτοῦ λόγῳ μαρτύριά τε καὶ τεκμήρια, ἃ ἔστιν οὐδέν, c. 6); ne cogitare quidem ipsi possunt (c. 1 δοκέουσι μέντοι μοι οὐκ ὀρθῶς γινώσκειν οἱ ταῦτα λέγοντες; ὅτε δὲ γνώμῃ (μὲν) τῇ αὐτῇ πάντες χρέονται, λέγουσι δὲ οὐ ταῦτά, δῆλον ὅτι οὐδέν [οὐδὲ A R corr. Wil.] γινώσκουσιν.). Quare verba, quibus ratio deest, faciunt et vincit, cuius habilissima est lingua. Istos igitur aggredi supervacaneum videatur, nam ipsi alter alterum frangunt (καταβάλλειν cf. Protagorae καταβάλλοντες).

Sed ut fieri solet, quo magis adversarios despicit, eo maiorem sibi ipse attribuit auctoritatem. De se ipse imprimis loquitur

1) cf. Gorgias Hel. § 13; Plat. Phaedr. 260 A.

(ἔμοι γε p. 34, 4; 36, 6; 44, 1); quid ipse sentiat, graviter exprimit (32, 5 δοκέουσί μοι; 34, 13; 34, 14 ἐγὼ δέ φημι; 34, 7; 36, 6 ἀξιῶ δὲ ἔγωγε; 36, 11; 12 ἐγὼ μὲν γὰρ ἀποδείξω; 40, 14; 44, 2); ipse argumenta profert idonea (36, 11; 46, 9; 50, 10). Sophista non indigna sunt, quae in cap. 1 leguntur καίτοι δίκαιόν ἐστι τὸν φάντα ὀρθῶς γινώσκειν ἀμφὶ τῶν πρηγμάτων παρέχειν αἰεὶ ἐπικρατέοντα τὸν λόγον τοῦ ἑωυτοῦ, εἴπερ ἑόντα γινώσκει καὶ ὀρθῶς ἀποφαίνεται (cf. Plat. Euthyd. p. 284; Διαλέξεις ed. Orelli p. 230). Verba ipsa sunt vivida; impetum augent interrogationes (36, 16; 38, 5; 42, 2; 42, 15). Ornatum etsi non plane negligit (48, 15 . . ὑπό τε τῶν ὑετῶν τοῦ πλήθους καὶ τῶν νυκτῶν τοῦ μήκεος), tamen modice adhibet (cf. comparationes cum plantis et anno in c. 6 et 7).

Ἐπίδειξιν ergo iatrosophistae esse π. φύσ. ἀνθρ. libellam neminem spero infitias iturum esse. Eorum est, qui a viris vere medicis vehementer impugnabantur. Cuius controversiae documentum optimum exstat liber π. ἀρχ. ἰητρ., qui ad hunc ipsum pertinere videtur¹⁾. At videtur tantum, credo. Nam auctor ille, ut est vir acutus et prudens, totum in saeculum pugnat (c. 4; 12²⁾; 13) atque iatrosophistam quattuor umorum (αἷματος φλέγματος, χολῆς ξανθῆς καὶ μελαίνης) doctrinam ipsam minime invenisse veri mihi est simillimum.

Empedoclis carmina permultum in arte medica valuisse — multo magis etiam quam adhuc creditur — certum videtur (cf. π. ἀρχ. ἰητρ. c. 20). Fuerunt, primi videlicet, qui eius elementa sine ulla mutatione acciperent, ut Philistion (pap. Lond. XX, 25). Eorum in locum alii aliter substituerunt umores: Philolaus (l. c. XVIII, 8 sq.) χολὴν φλέγμα αἷμα; π. φύσ. ἀνθρ. auctor: αἷμα, φλέγμα, χολὴν ξανθὴν καὶ μέλαιναν; qui libros π. γονῆς, π. φύσιος

1) cf. Ilberg stud. p. 14 sq. Poschenrieder, die plat. Dialoge in ihrem Verhältn. z. d. hipp. Schriften. Landshut 1882 p. 37 sq. addam VI, p. 36 = I, 574, 2; VI, 40, 3 ἀλγεῖ δὲ ὅταν τούτων τι ἔλασσον ἢ πλέον (ἔόν) χωρισθῆ (A πλ. εἴη ἢ χωρ. B) = I, 608, 2 ὅταν δ' ἀποκριθῆ . . . τότε λυπεῖ = Emp.

2) cf. περὶ τέχνης; π. νόσων I c. 1; προρρητικόν II c. 4; π. διαίτης I c. 2; III, 67.

παιδίου, π. νόσων IV scripsit¹⁾: αἷμα φλέγμα χολήν ὕδωρ; Menecrates (l. c. XIX, 18 sq.) αἷμα φλέγμα χολήν πνεῦμα. Ex quibus Philolai rationem quam iatrosophistae aetate maiorem fuisse probabile, duorum aliorum minores videtur non dubium. Uterque enim ab illo pendet²⁾ eiusque doctrinam propagat. Cum eius disciplina simplex sit, illorum unus et sedes umorum certas et alimenta, quibus crescant, explorata habet (π. νόσων IV c. 33; 35—38), alter rationem ipsam emendare vult, ut Wilamowitzius recte vidit, cum πνεῦμα addit et bilem nigram e flava nasci pronuntiat (l. c. XIX, 37). Ita esse ne Menonem quidem fugit: libelli π. φύσ. ἀνθρ. doctrinam apud eum excipit Menecratis. Philolaus igitur etsi solus — quos quidem eorum nos cognoscamus — natu maior est — praecedit etiam in Menonis enumeratione —, umores ipsos et complurium coniunctionem auctoris non esse constat. Num primo ab eo quattuor illi ipsi sint compositi Empedoclis more, in dubio relinquendumst.

Aetatem denique auctoris ut perstringam, e viris, quos noverit et respexerit, e genere, qui loquatur et sentiat, facile est probatu scripsisse eum extremo saeculo quinto.

Hic auctor, qui haec habet boni et mali, esse dicitur — unde digressus sum, revertor — aut Hippocrates aut Polybus, gener eius? Mirabile auditu!

Ut enim a teste et antiquissimo et gravissimo ordiar, Meno, Aristotelis discipulus, libellum attribuit Polybo; medici illius sublemmate in papyro capita IV priora citantur (XIX, 2 sq.). Alter est Galenus, qui quam acriter iam tum de libri auctore certatum sit, copiosissime docet. Erant, qui totum, quod perlustravimus, ὑπόμνημα abrogarent Hippocrati (l. c. p. 9) aut addicerent Polybo

1) Littreus libros tres in unum coniunxit opus; sed ut π. γονῆς et π. φύσ. παιδίου revera cohaerent copulandique sunt, ita π. νόσων IV libellus per se stat, ab eodem sane auctore antea (π. γονῆς c. 3) compositus; habet enim prooemium (c. 32) et finem (c. 53); aliorum eiusdem auctoris librorum reliquiae adiectae sunt (c. 54—57); eius doctrinae de fontibus cf. Dielsium in Herm. 1893, 426 sq. cf. Ilberg Hippocrat.-Gloss. d. Erotian. p. 133.

2) Quod ad π. νόσων IV attinet, enuntiata etiam singula comparari possunt: VII p. 542, 5 cum VI, 36, 12; 40, 10. c. 34 cum 44, 14 sq. etc.

(p. 172—3). Erant, opere toto Galeni more diviso et qui π. φύσ. ἀνθρώπου partem esse Hippocratis contenderent (p. 11; 12; 13; 16; 107 etc.), et qui ita esse negarent, et qui, ut Meno, Polybo darent (p. 11—12; τινὲς igitur Menonem aut unum aut cum aliis spectant). Galenus vero ipse in ceteros acerbissime invectus¹⁾ cum plurimis, ut dicit, valde laudatis Hippocratem esse primae partis auctorem statuit, quod et doctrina sit illius cum libris genuinis congruens²⁾ et ad hunc ipsum libellum in Phaedri loco (p. 270 B sq.) spectet Plato (p. 3—4; 12; 31; 102—3). At causarum unam valere nihil in aperto, alteram ad nihilum reducere non multi laboris esse alio loco ostendam. Quid? Nos omnes — excepto³⁾ Poschenriedero (l. c. p. 10 sq.). — Galeni iudicio malimus condemnari quam tali dono laedere Hippocratem Platonis. Et equidem illius generum quoque, quam ut iatrosophistam ducam, pluris aestimo⁴⁾. Fit ergo, ut Menonem, Aristotelis discipulum, testem reiciam; ut sine ulla dubitatione testimonium respuam saeculi quarti, sed — viri, qui Hippocratis ipsius esse credit scriptiunculam vere sophisticam π. φυσῶν (p. V, 35 cf. Dielsium in Herm. 1893, 422 sq.). At iste, dixerit quis, qui, ut tantopere erraret, fieri poterat! Peccavit mea quidem sententia Meno ut omnes adhuc viri docti. Totum opus neglecta quaestione accurata putabat esse Polybi, quod constabat esse eius caput unum i. e. undecimum de venis conscriptum.

Aristoteles enim, ut supra demonstratum est, in Historiae animalium libro III (c. 3) ubi de venis quid antea viri docti senserint, exponit, sententiam Polybi i. e. caput 11 citat ita, ut finem omittat. Huic testimonio quod ad unum locum, clarissimum videlicet, pertinet, cur non habeam fidem, etsi Galenus maximis conviciis insectatur descriptionem et utrique, et Hippocrati et

1) φλυαροῦντες p. 12; ἀπαίδευτοι 13; βάσκανοι 15; 106; ἀσύνητοι 16 etc.

2) p. 10 ἔχει δὲ τὸν μὲν πρῶτον λόγον . . . παντοίως ἐχόμενον τῆς Ἱπποκράτους τέχνης. p. 11 . . . ἀπάσης τῆς Ἱ. τέχνης ἔχει τὴν οἶον κρηπίδα; p. 106; 109.

3) cf. Oribasius ἰατρικαὶ συναγωγαὶ XXI (III, 1 ed. D.).

4) Non leve videtur auctorem sequi Empedoclem cum Philistione et eosdem habere umores quos Philolaum, qui ab occidente profecti uterque ab Hippocratis schola absunt (Wil.).

Polybo, abiudicat¹⁾, causam non video. Quare ex parte de toto iudicantes — ex parte, quam omnino per se stare vidimus — Meno, permulti posterius, hodie paene omnes ὑπόμνημα totum adscribunt Polybo²⁾. Sed errore illo satis superque castigato sufficit repetere: nihil esse Polybi nisi capitis de venis partem priorem. Licet igitur — quod fundamentum Dielsi unicum (cf. Herm. p. 431) evertendum mihi erat, doleo — transgredi ad ceterarum partium auctores.

Ac statim opportune accidit, quod quam recte caput nonum seiunctum sit, apparet. Priorem eius partem esse Hippocratis, Thessali filii, adnotasse Dioscoridem Galenus refert (p. 110 ταύτης ὅλης τῆς φήσεως ἐκάστου στίχου Διοσκουρίδης προέγραψε σημεῖον, ὃ καλοῦσιν ὀβελόν εἰκάζων εἶναι . . . Ἴπποκράτους τοῦ Θεσσαλοῦ υἱέος· δύο γὰρ υἱοὶ οὗτοι γεγόνασι τοῦ μεγάλου Ἴπποκράτους, Θεσσαλὸς καὶ Δράκων, ὧν ἐκάτεροι πάλιν Ἴπποκράτεις ἐγέννησαν), alteram papyri compiler Aristotelem(-Menonem) aggressus nobiscum communicat sub nomine Hippocratis (p. VII, 15 sq.). Sed illi num omnino non credam, cum dubitem — verba notis designata in libro Hippocrati, Thessali filio, quo iure nemo nescit, attributo legisse Dioscoridem verisimile est (Wil.) —, huic fidem denego. Nam etsi doctrina partis secundae (IX, 2) — et una cum ea secundum quaestionem meam capitis 13 (10), libelli π. διαίτης ὑγ. — Hippocratis rationem, de qua alibi disseram, olet et tamquam medico summo digna a Galeno laudatur (p. 11 ὡσπερ γε καὶ τὸν δεύτερον, τὸν διακριτικὸν τῶν ἐπιδημιῶν τε καὶ σποραδικῶν νοσημάτων sc. παντοίως ἐχόμενον τῆς Ἴπποκράτους τέχνης), tamen saeculi II p. Chr. n. testimonium illa in re nihil valet, praesertim cum sit viri, qui eidem Hippocrati libellum det περὶ νόσων I. Ne vehementius mireris! Errat Dielsius, cum papyri paginae VII partem alteram ad librum π. φύσ. ἀνθρ. refert (Herm. p. 430). Nam ut taceam, quam difficile ad declarandum sit eundem libellum eadem

1) cf. p. 11 τὸν δὲ περὶ τῆς τῶν φλεβῶν ἀνατομῆς ἐναργῶς παρεγκείμενον ἔχει μοχθηρὸν ὄλον. p. 171 οὐχ ἔν . . . φαίνεται ψευδόμενος ἀλλὰ πάνυ πολλά. p. 142 sq. ὃ ταῦτα διαπλάττων ὡς καινὸς οὕτως Προμηθεύς etc.

2) Littreus I, 347; Zeller hist. phil. I⁵ 606 adn. 1; Christ hist. litt. graec. p. 711; Diels Herm. 1893 p. 430 sq.

in papyro diversis auctoribus dari (VI, 43 Hippocrati; XIX, 2 Polybo), neve rem talem ab editore neglectam esse perstringam, argumentatio brevis est. In pagina illa, nimis deleta, servata sunt haec:

ὡς δὲ

αὐτὸς Ἴπποκράτης λέγει, γίνεσθαι τὰς νόσους
φύσεων

VII, 1 ἀνθ
γει δι
ἢ ὑπ
χολῆς καὶ φλέγμα[τος
5 ταῦτα ἐπὶ δὴ γινομένοις
καὶ οὔσι συνίστασθ[αι τοῦ
παρόντος φλέγματος ων
εἶναι ἐν ἡμῖν κατὰ φύσιν τὸ αἷμα
τῶν . . τρωῶν· παρὰ φύσιν τε τὴν εἰς
10 ὅτι αὐταὶ μὲν ἐν ἡμῖν γίνονται αἱ νόσοι [διὰ τῆς]
φλεγμασίας· τάδε γὰρ ἐκτὸς
πόνων ὑπερμέτρων, καταψύξεως, [θερμότητος]
παρὰ τε τὴν τῆς χολῆς καὶ τοῦ φ[λέγματος]
κατάψυξιν ἢ θερμότητα περιγίνεσθαι [τὰς νό]
15 σους.

Supplementa Dielsi recepi certa.

Quo in loco quod χολῆς et φλέγματος et αἵματος nomina leguntur, agnoscere sese π. φύσ. ἀνθρ. umores — etsi deest quartus — vir doctissimus putavit. At de duobus solis verba fieri in fine manifestumst atque αἷμα nominari, quod eius natura a reliquis duobus pendeat, contemplatio accurata ostendit. Haec cum reliquiae doceant, cetera aperta e π. νόσων I locis, quos compilerator ante oculos habebat: (c. 2. L. VI, 142) αἱ μὲν οὖν νόσοι γίνονται ἡμῖν ἅπασαι, τῶν μὲν ἐν τῷ σώματι ἐνεόντων, ἀπὸ τε χολῆς καὶ φλέγματος, τῶν δὲ ἔξωθεν ἀπὸ πόνων καὶ τραμάτων καὶ ὑπὸ τοῦ θερμοῦ ὑπερθερμαίνοντος καὶ τοῦ ψυχροῦ ὑπερψύχοντος (cf. pap. p. VII, 10—15) ¹). Καὶ ἡ μὲν χολὴ καὶ τὸ φλέγμα γινομένοισί τε

1) cf. Philistionis doctrinam XX, 37 sq.

συγγίνεται καὶ ἐνὶ αἰεὶ (= v. 5—6) ἐν τῷ σώματι ἢ πλεόν ἢ ἔλασσον· τὰς δὲ νόσους παρέχει τὰς μὲν ἀπὸ σιτίων καὶ ποτῶν, τὰς δὲ ἀπὸ τοῦ θερμοῦ ὑπερθερμαίνοντος καὶ ἀπὸ τοῦ ψυχροῦ ὑπερψύχοντος (cf. 11; 23; π. παθῶν c. 1). c. 24: τὸ δὲ ρίγος . . . ἰσχυρότερον γίνεται, ὅταν χολὴ καὶ φλέγμα συμμιχθῇ ἐς τὸ αἷμα ἢ τὸ ἕτερον ἢ ἀμφοτέρων· μᾶλλον δὲ, ἢν τὸ φλέγμα συμμιχθῇ (= 8—11)· ψυχρότατον γὰρ . . . τὸ φλέγμα, θερμότατον δὲ αἷμα, ψυχρότερον δὲ καὶ χολὴ τοῦ αἵματος . . . usque ad finem (cf. de sanguine c. 20 [p. 178, 16]; 28; 30). c. 34: καὶ ψύχεος δὲ καὶ πυρός καὶ πόνων (= v. 12) ἀρχὴν ταύτην ἴσχει· ὅταν τὸ αἷμα ἐν τῆσι φλεψὶν ὑπὸ τοῦ φλέγματος ψυχθῇ, μεταπίπτει . . . καὶ ἀποθνήσκει¹).

Quare papyri auctorem ad librum π. νόσων I spectare certum est et quibus locis usus sit, in aperto. At tamen locum totum restituere, etsi multum elaboravi, mihi non contigit. Cuius rei — quam molestissime scilicet fero — non paucas habeo causas afferre. Nam praeterquam quod pagina illa foede tradita est, ne ea quidem, quae Dielsius cognoscere sese putabat et edidit, aut certa sunt aut omnino toleranda. Ut enim ab initio ordiar, ambiguae sunt litterae εἰ (VI, 45), γ (VII, 2) — itaque illud λέγει —, τάδε (VII, 11), cuius locum αἶδε multo melius obtineat ita, ut praecedente μὲν scribendum sit vel αἶ δὲ γί(νονται) vel αἶδε δὲ ἐκτός ἀπὸ τραυμάτων²). Obscurum autem illud φύσεων est, nam si φύσεις hoc loco valere elementa corporis in indice verborum legimus, novi aliquid discimus. Supplementa vero, quae Dielsius profert quaeque non recepi, omnino sane negligenda sunt. Sed quamvis difficile sit, quin, quomodo lacunarum pars expleri possit, adumbrem, facere non possum. Ac primum in versibus 2 et 3 haec fere inesse videntur: δι[ὰ πόνους ἢ τραύματα . . .] ἢ ὑπ[ερβολὴν ψυχροῦ ἢ θερμοῦ τὰς δὲ ἐντός ἀπὸ] ut in versu 1 τὰς μὲν ἐκτός subaudiendum sit Ad versus autem 6—7 supplendos e capite 2 praesto nobis sunt

1) Eiusdem auctoris est liber π. παθῶν, eiusdem scholae π. νόσων II 1 et 2) π. νόσων III; quibus non pauca communia sunt cum Dexippo Coo (XII, 9) et Thrasymacho (XI, 42). Sed de hisce postea.

2) Haec sunt Wilamowitzi, qui antea pro ἐπὶ δὴ (VII, 5) intelligat ἐπεδὴ.

verba . . . ἢ πλέον ἢ ἔλασσον· τὰς δὲ νόσους παρέχει τὰς μὲν ἀποσιτίων καὶ ποτῶν Versus enim 1—7 ex illo ipso haustos esse apparet. Quae sequuntur (v. 8—9), capiti 24 debentur. Ita igitur expleam: εἶναι ἐν ἡμῖν κατὰ φύσιν τὸ αἷμα χωρισθέντων τῶν ψυχρῶν, παρὰ φύσιν δὲ τὴν εἰς τὰτὸ μῖξιν, etsi pro ψυχρῶν malim ponere χυμῶν aut simile quidquam. Sed nec reliquiae litterarum coniecturae favent et ψυχρῶν rectius fortasse legitur, quod compiler capite illo (24) commotus deinde φλεγμασίαν solam, ubi utrumque umorem expectamus, nominat. Monendum denique est inde a voce ὄτι auctorem, ut est modo pressior modo verbosior, quae exposuerit, repetere. Accuratissime ut lacunae expleantur, nisi papyri ipsius ope fieri nequit.

Compiler ergo cum Hippocratis esse π. νόσων I et (π. φύσ. ἀνθρ.) IX, 2 dicit, nihil dicit. Ne capitis illius quidem auctorem scimus. An tamen non nescimus? π. διαίτης ὑγ. libellum ¹), quem nos cum capitibus IX, 2 et 13 arte conexuimus, Galenus plurimis consentientibus dat Polybo (l. c. p. 108; 173; 175 καθότι πολλοῖς ἔδοξε; 183; 212)! At spes est vana; nam capita illa etsi Hippocratis rationis plena agnoscimus, Polybum etsi socerum et magistrum secutum esse, ut fas est, Galenus perseverat (p. 11—12; passim), me ipse etsi illuc inclinare libenter fateor, probari tamen res adhuc nequit. Utinam aliquando possit!

Reliquorum capitum (12; 15) de auctoribus nihil habeo, quod dicam, nisi alterius doctrinam, quae Hippocratis in Epidemiorum libro I et in Aphorismis prolatae plane contradicat, vehementer a Galeno vituperari (p. 167—173).

Quae cum ita sint, partium singularum ex auctoribus unum solum novimus Polybum, qui capitis 11 partem genuinam scripsit; nomina ceterorum ignota, non item obscura duorum, qui annum ab hieme ordiantur, patria (π. φύσ. ἀνθρ. c. 7; π. διαίτης ὑγ. c. 1). Eorum enim, quibus hiems primum anni tempus erat, Iones (ut Chii cf. Bischoff de fastis graec. antiq. Leipzig. Stud. VII p. 393) sunt, qui a primo post brumam mense incipiebant. In Ionia igitur libellos illos ortos esse et verisimile et par est.

1) Divisos esse, qui hodie π. φύσ. ἀνθρ. et π. διαίτης ὑγ. inscribuntur, libros ab Erotiano Ilbergus putat (Hipp.-Gloss. d. Erotian p. 134. cf. supra p. 7).

Restat quaestio totius *ὑπομνήματος* de auctore. Et nomen quidem ut afferatur certum, fieri sane nequit neque est ullius momenti, nam eiusmodi opus sibi quisque componere poterat. De aetate vero facere coniecturam superfluum non videatur. Opus enim, quod conflatum est, cum *π. φύσιος ἀνθρ.* et Polybi libri pervulgati erant, cumque *π. παθῶν* legebatur et *π. νόσων* II, 2 (i. e. c. 12—74), cuius auctor, quod *φλέγμα* a voce *φλέγειν* derivato pro inflammatione utitur, Prodicum sequi videtur (Diels Herm. 1893, 419), non esse posse saeculi V constat.

Sed saeculis compluribus post eius generis *ὑπόμνημα* natum esse quis est, qui velit? qui putet, permulto post collegisse sibi quemquam iatrosophistae opusculum et Polybi venarum descriptionem obsoletam mox, ab Aristotele emendatam, Galeno exempli causa plane stultam? Saeculi quarti esse — ut plurima corporis scripta¹⁾ — veri est simillimum. Menonem ergo opus iam in manibus habuisse nonne probabile est? Immo vero, quod idem ac nos legebat, eisdem atque hodie viri docti erroribus captus Polybo opus tribuit. Quarto igitur saeculo ante Menonis aetatem *ὑπόμνημα* — quod *ὑπόμνημα λατρικόν* nominari potest, quoniam *π. φύσ. ἀνθρ.* capita 1—8 sola scripta sunt — factum esse conicio²⁾.

1) cf. Ilberg proleg. p. XXIX.

2) Galenus, qui vocabula *οὔρημα* (c. 14; auctoris est nec non fontis, Aphorismorum) et *σύνοχος* (c. 15) medicis aetate minoribus convenire credit. (l. c. p. 164; 172), parum prodest. Raro revera inveniuntur.

VITA.

Natus sum Carolus Ioannes Fredrich Sedini anno h. s. LXXI die vicesimo mensis Iul. patre Ioanne Gottfriedo ante hos sedecim annos praematura morte mihi erepto, matre Ottilie e gente Schoenfeldt, quam adhuc in vivis esse magnopere gaudeo. Fidei adscriptus sum evangelicae.

Primis litteris imbutus gymnasium municipale patriae urbis frequentavi, quod florebat tum et nunc floret auspiciis Hugonis Lemcke, cui praeceptori dilectissimo et viro humanissimo permultum me debere libenter profiteor. Vere anni LXXX maturitatis testimonium adeptus Gottingam me contuli, ut studiis philologicis et historicis operam darem.

Per octo semestria docuerunt me viri doctissimi Bechtel, Dilthey, Gercke, Heyne, Kluckhohn †, Leo, G. E. Müller, Sauppe †, Volquardsen, Weiland, de Wilamowitz-Moellendorf.

Regii philologorum proseminarii sodalis fui per ter sex menses, seminarii per idem tempus sodalis ordinarius, seminarii archaeologici, auctore Carolo Dilthey redivivi, per unum adhuc senior. Ad exercitationes epigraphicas de Wilamowitz, philologicas Leo, historicas Kluckhohn, Volquardsen, Weiland, archaeologicas Dilthey benigne me admiserunt.

Quibus viris omnibus gratias refero quam maximas, prae ceteris vero Carolo Dilthey, cui museo archaeologico praesidenti triam semestria assistere mihi licet, et Udalrico de Wilamowitz, quorum quanta inde a studiorum initiis erga me fuerit benevolentia et liberalitas, nemo nisi equidem possum aestimare, quibusque pium et gratum animum semper servabo atque retinebo.



